



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Hugo Abb. 29. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

9. April.
cim pue-
næsitque
i in pro-
sto supra
acrorum
rint, ju-
vs qua-
mpli re-
lumque
is partis
spiritum
multi ad
gnarunt
in undas
e lapidis
ens non
aminum
palmam
on ipse-
inclina-
siliis; &
ens dicat,
Advent.
rtus, se-
capita in
tinebat,
ritatem
uem de-
ciosum
pe tan-
atur, ut
xegit

29. April. VITÆ SANCTORVM. 215
agrè per confertam multitudinem sellâ gestatus evaderet in suggestum. Dicta factis & prodigiis affirmavit, ut validissimâ persuadendi ratione. Valuit præcipuè adversùs devios ab Ecclesiæ fide, vim contrariam paternæ perfidiæ sortitus. Fuit, cum à Deiparâ, quod olim à Servatore cognomini Apostolus audivit: *Ego præterrogavi Petre, ut non deficiat fides tua.* Quo patrocinio constantiam tenuit usque ad sanguinis vitæque jacturam: etenim lethalibus aliquot illatis ab hæretico vulneribus, repetens Catholicæ veritatis à magistro instillatæ confessionem, unam mortem plurimis de sacrilegâ sectâ palmis repensavit, ad annum Christi M. CC. LII. Subinde conspectus est in cælo, Mariæ, cuius ope illuc enectus erat, lateri adjunctus: quodque viventi jam concesserat Deus, post fata insigni miraculorum famâ illuxit. Tantum interest à teneris cum recto verum combibisse, quibus semel imbuta mens, ut vasa recentia, odo rem primum feryabit. Ex Surio.

Nullæ sunt majores divitiae, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi hujus major substantia, quam est fidès Catholicæ, quæ peccatores homines salvat, cacos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles justificat, pœnitentes reparat, justos augmentat, Martyres coronat. S. Aug. serm. 1. de Verb. Apost.

S. HUGO ABB. 29. April.

HVGONEM Ecclesiæ Burgundia, principe natum familiâ, protulit. Hic, adversis parentibus, eò perfugit, ubi splendorem à majoribus tractum humilis familiæ consortio celaret. Capiti divinus spiritus, columbae specie conspicuus imminere visus: unde vim ad mira perpetranda singula-

gularem haufisse persuasum. Nam & in secreto humanorum pectorum mentis obtutum figebat, & morbis cuiuscunque generis medicinam de celo parabat. Habebat Sanctius in vinculis Alphonsum fratrem Hispaniæ regem, cuius libertatem cum Hug. supplex à fratre postulassem, D. Petrus cœnobitæ cuipiam indicavit, Hugonis apud Deum preces momentum habuisse, Sanctioque deinde conspicuus Alphonsi dimittendi mandatum dedit. Episcopo linguae ad petulantiam sermonis expeditæ vaticinatus est, post mortem tumente obſito pustulis ore Manes ejus levitatis confessio nem edituros. Spectro deinde effatum probante indicto in dies septenos monachis silentio, constituta ex contrario medicinâ, flammis purgantibus reum exemit. Sub exitum Deipara cum D. Petro Hugoni adfuit. Eodemque tempore Fulgentius Abbas duos Angelos vidit in astra geminum lectulum molientes, quorum alterum Hugoni, alterum Anselmo Cantuariensi Pontifici dicerent stratum. Et nunc ambo quam molliter cubant! idemque nos, qui, ut S. Augustinus loquitur, volunt malumus in carne & sanguine. Ex Hug. Clun.

Si de omni vel otioso verbo, quodcumque locuti fuerint homines, Deo sunt reddituri rationem in die iudicii, quanto distictius de verbo mendaci, mordaci, injuriosi, de elato vel lascivo, de adulatorio vel detractorio judicabuntur? S. Bern. l. de tripl. Cust.

S. CATHARINA SENENSIS V.

29. Aprilis.

CATHARINA ut primùm fari poruit, scalas perceptans ad singulos gradus Angeli verbis MARIAM salutavit. Quid jam mirum, si his gradibus